Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



80

aut & iudas qui tradebat eum cum
ipsis. Vt ergo dixit eis ego sum:
abierunt retrorsum: & ceci-
derunt in terram. Iterum ergo eos
interrogauit. Quem quaeritis. Illi
autem dixerunt. Iesum nazarenum.
Respondit iesus. Dixi uobis: quia ego
sum. Si ergo me quaeritis: sinite
hos abire. Vt impleretur sermo
quem dixit: quia quos dedisti mihi
non perdidi ex eis quemquam. Sy-
mon ergo petrus habens gladium
educens eum: & percussit pontifi-
cis seruum. & abscidit eius auricu-
lam dexteram. Erat autem nomen
seruo malchus. Dixit ergo iesus pe-
tro. Mite gladium in uaginam.
Calicem quem dedit mihi pater
non bibam illum. Cohors ergo & tribu-
nus & uniuersi iudaei comprehe-
derunt iesum & ligauerunt eum:
& adduxerunt eum ad annam pri-
mum. Erat autem socer cayphae.
qui erat pontifex anni illius.
Erant autem cayphas qui consilium
dederat iudeis: quia expedit unum
hominem mori pro populo. Se-
quebatur autem iesum simon pe-
trus: & alius discipulus. Disci-
pulus autem ille erat notus pon-
tifici. & introiuit cum iesu mate-
rium pontificis: petrus autem
stabat ad ostium foris. Exiuit ergo
discipulus alius qui erat notus
pontifici: & dixit ostiariae. Nunquid
& tu ex discipulis es hominis isti.
Dicit ille. Non sum. Stabant
autem serui & ministri ad prunas.
quia frigus erat: & calefaciebant
se. Erat autem cum eis & petrus.
stans & calefaciens se. Pon-
tifex ergo interrogauit iesum de
discipulis suis: & de doctrina ei-
us. Respondit ei iesus. Ego palam lo-
cutus sum: ego semper docui
in synagoga & in templo quo
omnes iudei conueniunt: & in occul-
to locutus sum nihil. Quid
me interrogas: interroga eos.
qui audierunt quid locutus
sum ipsis. Ecce hi sciunt: quae
dixerim ego. Hec cum dixisset
unus assistens ministrorum de-
dit alapam iesu dicens. Sic
respondes pontifici. Respondit ei
iesus. Si male locutus sum.
testimonium phibe de malo:
si autem bene. quid me cedis. Er-
misit eum annas ligatum ad
cayphan pontificem. Erat
autem simon petrus stans & cale-
faciens se. Dixerunt ergo ei. Nun-
quid & tu ex discipulis eius es
Negauit ille & dixit. Non sum

96